OBSERVATIONVM PRACTICARVM IMPERIALIS CAMERÆ,

Et ſingularium caſuum in Cæſareo Auditorio, Imperijquè Foro frequenter occurrentium,

Libri Duo, & Centuriæ Sex.

PER ILLVSTRES, AC CLARISSIMOS IVRISCONS.
D. ANDREAM GAILL, Agrippinatem Cæſareæ Maieſtatis à conſilijs,
& D. IOACHIMVM MYNSINGERVM à Frundech, congeſta.

ADDITIS NVNC RECENS OBSERVATIONVM
inter ſe conferentium in margine Annotationibus.

ACCEDVNT EIVSDEM ANDREAE GAILL,
poſt Obſeruationum Libros, alij.

De Pace publica. Libri duo.
De Pignorationibus. Liber ſingularis.
De Arreſtis Imperij. Tractatus eximius.

Joachimus Mynsingerus auctor
damnatus & hoc eius centuriæ ...
sine expurgatione permittitur.

OPVS SANE TAM IVDICIBVS, QVAM CAVSARVM PATRONIS,
cæteriſque in Foro verſantibus perutile, & neceſſarium.

HAC POSTREMA EDITIONE ARGVMENTORVM, AC MATERIARVM,
Indice clariore, & copioſiore edito.

AVGVSTÆ TAVRINORVM,

Apud Io. Dominicum Tarinum. M.DC.IX.

INDEX LOCVPLETISSIMVS, TAM OBSERVATIONVM, QVAM CAPITVM,

Quæ tum in Libris Andreæ Gaill, tum in Centurijs Mynſingerij continentur, in dilucidiorem inueniendi Methodum, quam antea fuerat redactus.

Primus numerus Obſeruationem, vel Caput, ſecundus paginam indicat.

Abſolutio à iuramento ad effectum agendi quod ad Cameram ſpectet. obſer. 25. fol. 16

Abſolutio à iuramento ſemel facta ſufficit ad totam cauſam. obſ. 37. fol. 328

Abſolutionem ab inſtantia, & obſeruatione iudicij petendi quæ remedia. 65. 368

Acta nerota, & inepta rejiciantur ſeruato partibus, vt in camera de nouo agant. 18. 305

Acceſſorium quando perimatur perempto principali. 2. 337

Actio de dote ceſſa alteri amittit ſua priuilegia. 3. 337

Actio iniuriarum ad reuocationem inſtituta an ciuilis ſit, vel criminalis. 98. 335

Actiones plures an in vno libello cumulari poſſint. 63. 39

Actio iniuriarum ad reclamationem, an ſit criminalis, & an cumulari poſſit, cum actione iniuriarum ad æſtimationem. 65. 40

Actio iniuriarum prætoria eſt annalis, & quid de actione iniuriarum ciuili. 7 378

Actiones quæ competant pro legato conſequendo, & an etiam via executiua agi poſſit. 61. 390

Actiones quæ dentur in pignoribus tam creditori, quam debitori. 70 418

Actio ex conſtitutione pacis publicæ quando competat. 7. 222

Actionem negatoriam intendens an neceſſario dominum fundum in quo ſeruitus prætenduntur probare teneatur. 19 306

Actio iniuriarum, & legis aquiliæ cumulari poſſunt. 25. 307

Actionis perſonalis, & hypothecariæ cumulatio eſt recepta in camera. 57. 312

Actiones temporales per litis conteſtationem perpetuantur. 51. 310

Actio iniuriarum deſcendens ex l. Cornelia an ſit perpetua. 84. 315

Actor ob amiſſionem vel defectum ſolet in Camera decerni cauſam denouo agendam puniturq; iudex negligens acta conſcribere. 11. 305

Actor vna ex tribus vijs electis an variare poſſit. 60. 37

In Accuſatione pacis publicæ non eſſe attendendam exceptionem præſumptionis a iudice parte non opponente. 45. 362

Accuſatio fractæ pacis, quomodo in hæredem tranſeat. 318. 98.

Accuſatio ex conſtitutione pacis publicæ in quibus à publico criminali iudicio differat. 9. 224

Accuſari de nouo an quis poſſit poſt purgationem obtentam. 82. 332.

Accuſatore, vel reo mortuo, an pereat inſtantia, in cauſis fractæ pacis. 20. 237.

Aditione hæreditatis non acquiri poſſeſſionem. 129. 187

De Aditione hæreditatis. 128. 186

Adminiſtratio tutoris, quando ex conſuetudine pubertate non finiatur. 96. 161

Aduocatus, & procurator in cauſa propria, an expenſas rectè poſtulet. 2. 303

Aduocati cogi poſſunt ad ſuſcipiendas cauſas pauperum. 32. 302.

Aduocatus fouens iniuſtam cauſam, poteſt decipere aduerſarium ad obtinendam cauſam. 6. 337

Adultus habens curatorem licet inter viuos non poſſit alienare hoc tamen poteſt in teſtamento. 5. 337

Affectus ſine effectu, quando puniatur. 9. 338

Agens ſeorſim ad damnum, vel ſpolium ex conſtitutione pacis publicæ fractæ non minus qualitates fractæ pacis probare debet, ac ſi ad pœnas ageret. 29. 324

Agere quando quis inuitus cogatur. 78. 350

Agi quando poſſit in Camera ex l diffamari. 81. 396

Agnatus proximior conſentiens alienationi feudi præiudicat filijs 50. 310

Alienationis prohibitio a teſtante facta extra familiam quouſque ſe extendat. 14. 417

Alienatio aduenticiorum per filiumfamil. facta, an, & quando valeat. 10. 338

Alienationes omnes in feudis prohibitas eſſe, & quid in ea ſpecie alienationis ob vrgentem neceſſitatem. 30. 408

Alimenta pauperi litiganti quibus caſibus conſtituenda. 21. 406

Alimenta ſi à pluribus debeantur iudex vnum ſtatuere poteſt, qui ſolus ſoluat cæteris contribuentibus, & quæ actione petantur. 63. 312

PRACTICARVM OBSERVATIONVM,

TAM AD PROCESSVM IVDICIARIVM, præſertim Imperialis Cameræ, quàm Cauſarum Deciſiones pertinentium.

LIBER PRIMVS.

Auctore Andrea Gaill I. C. Præclariſſimo.

Editio poſtrema diligenter recognita, & caſtigata.

DE CAVSIS SIMPLICIS QVAERELAE Ad Cameram immediatè ſpectantibus.

OBSERVATIO PRIMA,

In quibus caſibus Camera Imperialis in prima inſtantia ſit Iudex competens.

SVMMARIA.

1 *Cauſa plerũque per viam appellationis ad Cameram deuoluuntur.*
Stylus iudicij pro lege habetur. Ibidem.
2 *Cauſæ fractæ pacis ad cameram ſpectant.*
3 *Similiter cauſa Religionis, ratione proceſſus.*
4 *Item, mandata de non offendendo.*
5 *Item, mandata ſine clauſula.*
6 *Item, Pignorationes.*
7 *Item, cauſæ Priuilegiorum.*
Princeps ſolus qualiter de ſuo priuilegio cognoſcat, ibidem, & num. 13.
8 *Securitatem Principis violans, crimen læſæ maieſtatis committit.*
9 *Priuilegia cameræ, & parti inſinuanda ſunt.*
10 *Inſinuationes priuilegiorum non acceptantur in camera à priuatis perſonis.*
11 *Priuilegia non inſinuata iudici, & parti, nihil proſunt.*
12 *Priuilegiorum inſinuatio fieri debet coram iudice competente. Vel, coram Notario, & duobus teſtibus, num. 13.*
14 *Conſtitutio litigioſa poſſeſſionis fundat iuriſdictionẽ cameræ immediatè.*
15 *Similiter conſtitutio ſuper l. diffamari.*
16 *Commiſſiones ad perpetuam rei memoriam, quando in camera decerni poſſint.*
17 *Nobiles mediatè Imper. ſubiecti, item ciues, quando in prima inſtantia in camera agere poſſint.*
18 *Principi ciuitatem ſibi ſubiectam, vbi conuenire debeat.*
Conſuetudo tribuit iuriſdictionem, & iudicem in propria cauſa facit. Ibidem.
19 *Ciuitas Ducalis vbi Principem conuenire debeat.*
20 *Ciuitas Imperialis, vbi conueniri debeat.*
21 *Iuriſdictio cameræ, fundatur ob denegatam iuſtitiam.*
22 *Item, propter continentiam cauſarum.*
23 *Et in citatione pro relaxatione iuramenti ad effectũ agendi.*
24 *Item in mandatis de relaxandis captiuis.*
25 *Item in cauſis Fiſcalibus.*
26 *Et in decernendis promotorialibus.*
27 *Item in cauſis criminalibus ratione nullitatis proceſſus.*
28 *Appellatio in criminalibus non habet locum in Germania.*
29 *Ex renunciatione fori, cameræ iuriſdictio prorogatur.*
30 *Nunciatio noui operis, quando ad cameram ſpectet.*
31 *Imperator in magnis cauſis ſolus iudex competens eſt.*
32 *Magnæ cauſæ ad maiores iudices pertinent.*
33 *Citatio per edictum decernitur in camera contra vagabundos.*
34 *Vagabundi, qui dicantur.*
35 *Forma diffinitionum præciſè obſeruanda.*
36 *Forma legis non obſeruata, actus corruit.*

DE PACE PVBLICA, ET EIVS VIOLATORIBVS. ATQVE PROSCRIPTIS, SIVE Bannitis Imperij.

LIBER PRIMVS.

Auctore Andrea Gaill I. C. Præclariſſimo:

Editio poſtrema diligenter recognita, & caſtigata.

CAPVT PRIMVM.

De Conſtitutione Pacis publicæ, & eius effectu.

SVMMARIA.

1 *Cæſar Imperij ſalutem tueri debet.*
2 *Salus Romani Imperij in tranquillitate conſiſtit.*
3 *Pœna violatæ pacis publicæ capitalis eſt.*
4 *Pacis tempore, omnia vernant: & de pacis Encomio.*
5 *Pax nihil aliud eſt, quam publica tranquillitas.*
6 *Pacem turbans, publicam vtilitatem peruertit.*
7 *Inuentu vi ſuum quiſque repetere debet.*
8 *Innocentia metu Conſtitutionis fractæ pacis tuta exiſtit.*
9 *Pacis publicæ edictum ad omnes pertinet.*
10 *Lex ſui natura vniuerſalis eſt.*
11 *Ignorantia craſſa, & ſupina ſcientiæ comparatur.*
Paria ſunt ſcire, vel ſcire debere. ibidem.
12 *Pacis publicæ Conſtitutio, etiam Eccleſiaſticos obligat.*
13 *Eccleſiaſtici immediatè Imperio ſubiecti, ob delictum fractæ pacis amittunt regalia, & priuilegia quæ ab Imperatore, & Imperio habent.*
14 *Sed pœna corporali puniri non poſſunt.*
15 *Rex licet Clericum in perſona punire non poſſit, poteſt tamen in patrimonio ſibi ſubiecto.*
16 *Clerici mediatè Imperio ſubiecti, coram ordinarijs ſuper crimine fractæ pacis conueniri debent.*
17 *Clerici tam in criminalibus, quam in ciuilibus coram iudice Eccleſiaſtico conueniri debent.*
18 *Clericis bonis Cæſar protectioni, reprobis terrori eſſe debet.*
19 *Laici, & Clerici ſocij criminis, vbi forum ſortiantur.*
20 *Degradatio clericorum introducta, ne crimina impunita maneant.*
21 *Iudex Eccleſiaſticus ſanguinis pœnam agitare non poteſt.*
22 *Degradatio locum habet etiam in Clericis, in minoribus ordinibus conſtitutis.*
23 *Degradatio duplex eſt, verbalis, & actualis.*
24 *Degradatio actualis eximit clericum a iuriſdictione iudicis Eccleſiaſtici, ſecus ſi ſit verbalis.*
25 *Degradatio actualis eſt executio ſententiæ depoſitionis.*
26 *Degradatio, in quibus criminibus locum obtineat, & num. ſequent.*
27 *Degradatio ſuſpenditur, vbi vitæ emendatio ſperatur.*
28 *Degradatio exauctorationi comparatur.*
29 *Mori nemo in dignitate debet.*
30 *Degradatio in atrociſſimis delictis omitti poteſt.*
31 *Clerici ob delictum perpetuis carceribus emancipantur.*
32 *Carcer de iure Canonico pœna eſt; ſecus de iure Ciuili.*
33 *Hodie de conſuetudine carcer pœna eſt.*
34 *Pacis publicæ Conſtitutio etiam mulieres comprehendit.*
35 *Paria ſunt aliquid per ſe, vel per alium facere.*
36 *Mulieres bannitæ quid amittant.*
Ancillæ virgines olim venditæ, vt virginitas eis ſalua ſit, nec proſtituantur. ibidem.
37 *Mulieres cæteris paribus minus peccant, quam viri, ideoque mitius puniendæ.*
38 *Aureliani Imperatoris exemplum, parcentis Zenobiæ*

DE PIGNORATIONIBVS,

PRACTICARVM OBSERVATIONVM: LIBER SINGVLARIS,

Auctus, & Recognitus:

EDITIO POSTREMA.

OBSERVATIO PRIMA.

Pignoratio Imperialis quid ſit, & quomodo ab Arreſto, ſpolio, & repræſalijs differat.

SVMMARIA.

1 *Ex quibus cauſis pax publica turbari ſoleat.*
2 *Pignorationis conſtitutio cur introducta.*
Qualitas requiſita probari debet, ibidem.
Qualitas ante litis conteſtationem probari debet, quæ eſt cauſa introducendi perſonam in iudicium, vel excludendi eam a limine iudicij. ibidem.
3 *Pignoratio quando dicatur fieri,*
4 *Quid differat a repræſalijs.*
5 *Repræſaliæ ob denegatam iuſtitiã antiquitus conceſſæ.*
6 *Arreſtũ, vel manuũ iniectio differt a pignorationib.*
Diplomata Cæſaris contra fugitiuos debitores. ibidẽ.
Habitat nuſquam, qui vbique habitat, ibidem.
7 *Spolium, quomodo a pignorationibus differat.*
8 *Interdicta nulla competunt pro rebus mobilibus.*
9 *Pignus propriè in mobilibus conſiſtit.*
10 *Pignorationis proceſſus bipartitus eſt.*
11 *Res mobiles in conſequentiam veniunt in interdictis.*

1 Quandoquidem inter Principes, † & Status Imperij, & primarios nobiles, immediatè Imperio ſubiectos, ob turbatam iuriſdictionẽ, vel poſſeſſionem alicuius iuris puta, piſcandi, paſcendi, venandi, aucupandi, exigendi tributa, imponendi indictiones, ſiue collectas, & ſimilium iurium, necnon ratione priuilegiorum, Regalium, finium regundorum, & teſſeræ publicæ ſecuritatis ſiue ſalui, (vt vocant) conductus, grauiſſimæ controuerſiæ, & contentiones vtrinque exoriantur, ita vt horum iurium, & priuilegiorum tuẽdorum gratia, ſæpè ad arma veniant, pacemque publicam coactis hominibus, non ſine maximo innocentium ſubditorum, & vicinorum malo, atque diſpendio, peſſimo exemplo perturbent: ideò ſingulares quædam Imperij Conſtitutiones, communi Statuum Imperij conſenſu, in Comitijs Imperialibus, diuerſis in locis, promulgatæ, & Conſtitutioni pacis publicæ adiunctæ ſunt, vt ſunt Conſtitutio ſuper litigioſa poſſeſſione, ſuper l. diffamari, de mandatis ſine clauſula, de relaxatione iuramenti ad effectum agendi, & de cauſis fiſcalibus, de quibus Conſtitutionibus, quid in Camera Imperiali Spiræ hactenus ex facto obſeruatum ſit, lib. 1. Obſerua. Practicarum dixi. Hoc autem ſingulari libro, de Conſtitutione pignorationis prolixius dicam. Eſt
2 enim vſus huius † Conſtitutionis in Camera omnium frequentiſſimus, & ad pacem publicam conſeruandam præcipuè ſpectat: Quod, vel ex eo manifeſtum euadit, quia non habet iſta Conſtitutio inter quaslibet perſonas locũ ſed tantum inter Principes, Ordines, ſiue Status, & Nobiles, Imperio immediatè, & principaliter ſubiectos, qui ob huiuſmodi pignorationem offenſi, pacem publicam, armata manu, collectis hominibus, turbare, atque violare poſſent, qui nocendi habent facultatem, & ob potentiam nocere poſſunt. *Supr. lib. 1. practi. obſ. 6. in princ.*

Ita enim difertis verbis, ipſa pignorationis conſtitutio diſponit, prout habetur in Ordin. Cameræ Imperialis, part. 2. titul. 29. Nam niſi vtraque pars, (ſcilicet tam pignorator, quam pignoratus) immediatè ſubiecta ſit Imperio,

proceſ-

SINGVLARIVM OBSERVATIONVM IVDICII IMPERIALIS CAMERÆ.

Centuria Prima,

IOACHIMO MYNSINGERO A FRVNDECK IVRISCONSVL. AVCTORE.

OBSERVATIO PRIMA.

Appellationis proceſſus, an ob omiſſam litis conteſtationem vitietur.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicium ſine litis conteſtatione non procedit.*
2 *Litis conteſtatio eſt fundamentum, principium, & ſubſtantia litis, & lapis angularis totius iudicij.*
3 *Illius omiſſio totum proceſſum vitiat. nu. 3.*
4 *Non requiritur in cauſis ſummarijs. num. 4.*
5 *Et quid in cauſis appellationum à diffinitiua. num. 5.*
6 *Et quid in Camera Imperiali hodie obſeruetur. nu. 6.*

QVAMVIS ſine litis conteſtatio-
1 ne non procedat iudicium † cum
ſit fundamentum, principium, &
2 ſubſtantia † litis. c. de cauſis, & ibi
Dec. de offi. deleg. c. cùm cauſam.
de appel. Spec. tit. de lit. conteſt. §.
1. & dicatur lapis angularis totius
iudicij, iuxta Bald. in c. 1. col. 1. eod. titu. Ideoque eius
3 omiſſio † totum proceſſum vitiet: gl. in c. dudum 2.
de elect. Bart. & Doct. in l. prolatam. C. de ſentent. &
interloc. omn. iud. & Card. in Clem. ſæpè. in princ. in
4. oppoſ. de verb. ſign. & latè Socin. in d. c. 1. nu. 8. Ex-
4 ceptis cauſis ſummarijs, † quæ litis conteſtationem
non requirunt, ſecundū Card. ibid. Attamen in cau-
5 ſis appellationis, quū à diffinitiua † appellatum fuit,
proceſſus ob omiſſam litis conteſtationem nō cor-
ruit, ſi modo in prima inſtantia litis conteſtatio in-
terceſſerit. Nam effectus litis conteſtationis durat
poſt ſententiam in cauſa appellationis, nec per eam
extinguitur, aut ſuſpenditur, teſtante Dec. in rub. & c.
per tuas. extr. de appell. vbi plura allegat. Et ita deci-
derūt etiam domini de Rot. decis. 207. & 668. in an-
tiq. non diſtinguendo, vtrum pars abſens, vel præ-
ſens fuerit: quemadmodum pleriq; diſtinguendum
cenſuerunt, quaſi parte præſente neceſſaria ſit litis
conteſtatio etiam in cauſa appellationis, per l. vlt.
cum ibi not. C. de temp. appell. ea vero abſente poſ-
ſit procedi ad vlteriora ſine litis cōteſtatione, vt ibi.
& per glo. & Doct. in d. c. per tuas. Ad ſupra dicta vi-
de etiam, quę ſcribit Guid. Pap. decis. 58. & quæ ibi in
addit. habentur. & Aegi. Belle. quæſt. 197. Atque in
hanc ſententiam meo tempore bis iudicatum fuit
per dominos Aſſeſſores in Camerali iudicio, nem-
pè in cauſa Hadelini de Ponte contra Laurentium
Mariſcalchum. die 19. Nouemb. anno Chriſti 1548.
& in cauſa appellationis Ioannis Liblar cōtra Mar-
thiam Dilman, ſcilicet vltim. die Auguſt. anno 1549.
6 Attamen hodie aliter obſeruatur, † & in omnibus
cauſis ad Cameram deuolutis litis conteſtatio re-
quiritur, ſiue ab interlocutoria, ſiue à diffinitiua ap-
pellatum ſit: Nouiſs. ordinatione ſic diſponente,
parte 3. titu. 32.

OBSERVATIO. II.

Aduocatus, & procurator in cauſa propria, an expenſas rectè poſtulet.

S V M M A R I V M.

1 *Aduocatus, nec ſalarium pro ſua aduocatione, nec expenſas ea ratione in cauſa propria factas, ab aduerſario condemnato petere poteſt niſi per modum intereſſe, & damni, quod alia interim neglexiſſet. num. 2.*
Et quid ſi cauſa ſit ipſi cum alio communis. nu. 3.

SI Procurator, vel aduocatus, procuratio-
nis, ſeu aduocationis munere functus ſit
in cauſa propria, & obtineat, eique ad-
uerſarius ad expenſas condemnetur, nō
1 poterit ſalarium † pro ſuis aduocationibus petere,
nec debentur ipſi expēſæ, quas in Procuratorem fa-